

TUTA , CELER , ATQUE JUCUNDA

# MEDICATIO

PRO

## LIENTERICIS

NUNQUAM HUCUSQUE FALLENS;

ID EST:

### SECRETUM JUSCULI

EX PULLO GALLINACEO , VARIOQUE  
farto Pharmaceutico elixis , unaque cum propinan-  
di ratione , ac præparatione

*AB OBSERVANTISSIMO MEDICINÆ DOCT. D. CHRIS-  
tophororo Micò sibi pro privatâ juxtaque felici confectiona & praxi  
ad obitum usque reconditum;*

ATQUE AD NUTUM DEINCEPS CREDITUM  
PRÆSTANTISSIMO INCLYTÆ S. JOANNIS HIEROSOL.  
Relig. Equiti D. D. Vincentio Milan de Aragon,  
& Mercader:

Eximio verò nunc adeò Clarissimi Viri in utilitatem publicam  
amore reseratum universis;

*Atque Typis datum Latino , & Hispano Idiomate,*

HABITA CONSULTATIONE

DOCT. D. STEPHANI ASSENSI , REGALIS VALENTINI  
Nosocomii Medici Primarii.

*VALENTIAE EDETANORUM:*

---

Ex Officina Josephi Garcia , in Platea de Calatrava.

*Se hallará en la Libreria de Bernardo Francès , à las quatro esquinas  
de la Calle de Zaragoza.*

TUTA, CERER, ATOQUE JUCUNDIA

MEDICATIO  
pro  
LIENTERICIS  
MUNIGAWA HUGOGENE FRIERIUS  
16 ERT  
SECRETUM USCUTI

**EX PULITO GALLINACEO, VARJOONI**  
Ex pulito gallinaceo elixis, raudare cum diobinum  
et iessione, ac digestione.

LA OSSERVAZIONE MEDICINA DOCT. D. ORRY

ROGÉ PIERRE D'YVAIN DE LA  
VILLE DE MONTAIGNE

Eximio Ato que o mundo só o Crisálida Vai te utilizar na propriedade  
some lessionas suas alegrias

ARMENIAE ADATANORUM  
NOCOONI MEGIC PIRUNI.  
DOC. DR STEPHANI ASSENS REGALIS AVVENTU  
HABITA CONSULTATION

Ex Officinis Iosephi Grotius, in Piscis de Christiana  
G. Peppone de la Pisanorum et Brescianae Libraria, in via duorum Vallum.

**CENSURA DOCT. D. LUDOVICI**

Nicolau, & Vergara, Philosophiae  
Mag. Primariæ Medicinæ Cathedræ  
Profess. & Cens. Nosocomii Reg. &  
Gen. Valentini primaria Medicatura in-  
signiti, S. Officii Medici Titularis, &c.

JUSSU R. ac per illustris Domini D. Petri Al-  
bornòz & Tapiés, J. U. D. Metropolitanæ  
Valentinæ Ecclesiæ Canonici, S. Officii Judicis  
Ordinarii, ac pro Ill.<sup>mo</sup> ac Rev.<sup>mo</sup> D. D. Andrea  
Mayoral, ejusdem Archiepiscopo, Officialis &  
Vicarii Generalis, &c. Semel ac iterum attente  
legi Medicam Tractationem, cuius titulus est:  
**TUTA, CELER, ATQUE JUCUNDA MEDICATIO PRO  
LIENTERICIS NUNQUAM HUCUSQUE FALLENS;** Au-  
thoris verò filius Medicinæ observantissimus  
Doct. D. Christophorus Micò, qui sibi notum,  
reservatumque secretum præstantissimo Inclytæ  
S. Joannis Jerosolymit. Relig. Equiti D. D. Vin-  
centio Milan de Aragon, & Mercader revela-  
vit, ut usui posset ipsum adhibere: Egregius  
autem hic Vir, Patriæque amantissimus, non  
sibi, sed illi natum se se existimans; in ejus &  
commune bonum illud suis sumptibus in vul-

gus edere concupiscit. Atque , ut verum fatear,  
enunciatum remedium efficacissimum , ac ra-  
rò fallens omnino censeo : modò Lienteria,  
ac Cœliaca passio à principio frigido , solidi-  
rumque systemate nimis relaxato trahat origi-  
nem ; secùs autem , si à principio irritativo,  
citationalique intestinorum perystaltico motu pro-  
fluere dignoscatur. Quum ergo in memorato  
scripto nihil Catholicæ Fidei , vel bonis mori-  
bus absonum animadverterim , & insuper bono  
publico sit utilissimum ; publicâ quoque luce  
dignum arbitror , si iis , ad quos spectat , ita  
videbitur. Dabam Valentiæ Edetanorum in pro-  
priis Ædibus Nonis Februarii , labentis anni

1756.

*Dr. Ludovicus Nicolau, & Vergara.  
Jhs. Imprimatur. Imprimatur.  
Doct. Albornoz, Vic. Gen. Angulo.*

comune possum illius fuis tumpliçans in aut-  
em illi dñm lete exultans ; in clis se-  
necis pte Ait . Puerulae auantissimus , mo-  
re sibi , ut dulci pueris ipsius saepissime : Ego hinc  
cunctis Jeronimis Regis Ediani D. Vic-  
toriae teatricis nuncius Ceres Cereris  
Tuta , Cereris , Atque Juno Numinis  
Plebejatis intercessione , & intercessione  
Dog. Cunigobius Mico , dei filii Noe cum  
telegiaminde teatrica puerulae saepissime Iugularis  
S. Iohannis Jeronimy Regini Ediani D. Vic-  
toriae Mihini de Aragon , & Mercede Revers-  
art , ut dulci pueris ipsius saepissime : Ego hinc  
doct. Albornoz, Vic. Gen. Angulo.

Ba

A

Quem



Uemadmodum inter miserrimam illam infelicitissimamque humanæ squaloris calamitosam poenitatum conditionem, ab hominum primo tanquam generis fonte divini interdicti violatione derivatam, nihil uniuscujusque hominum sensui expertius, quam sui ipsius terrenæ portionis seu corporis infinitudo, ac animalis

tandem vitæ, laborumque probati usus terminus constitutus, id est, statuta mors, ac in primævum pulverem resolutio: sic inter omnia desciscentis corporis, vitæque declivis medicamentorum allevamenta, quæ Optimus Deus mortalium agnitioni benignissime suppeditavit, nullum aut felicius, aut certius, aut tutius, experimentorum confirmatione expetitum est, quād quod summo Valentini Nosocomii Medicorum solertissimi Doct. D. Thomæ Micò studio ac labori pro lientericis medendis divina bonitas concessit. Enimvero nemini lienteriâ laboranti, etsi desperanter periclitanti propinatum hucusque audivimus, quin actūtum ipsum in naturalem statum reductum, ac integrè sanitati restitutum non exhibuerit.

Nec lienteria tantum, sed & cœliaco morbo affectis à prædicti inventoris praxi hujus medicaminis usus æquè feliciter est adhibitus; ut ex repetita, oculataque fidissimorum, ac præstabilium Medicæ Artis Professorum observatione nobis constitit perspicuè. Qui & meritò conjiciunt, pro aliis etiam Diarrhoeæ speciebus & forsitan porrectum, & porrigi oportunè posse: quemadmodum Rinerus Solemander *conf. 9. sect. 4.* post à se compertum pro gravissima diarrhoea juscum ex pingui turture deplumato, cerâque nova inferto, inde in omnibus diarrhoeis

ubique eo salubriter usus fuit. Neque mirandum eandem præsentis remedii efficacitatem experiri æquè in lienteria, ac cœliaca affectione, cum utriusque eadem ferè ægritudo, idemque excretionis celerioris vitium existat: quod, si non eidem omnino causæ adscribitur, nec ideo tamen prorsus dissimili; ut in illâ ciborum dissolutionis, in istâ verò distributionis defectui; in utrâque tandem ventriculi, aut interstinorum, glandularum, venarum, mesenterii, &c. imbecilitati, ac pravæ affectioni.

Unde Galenus *com. 1. in 9. Ap.* lienteriam describit: Quum intestina ob lœvitatem nec cibum nec potum continent, sed tales propemodum excernunt, quales ingesti sunt. Quod à præterlabente chylo è complanatis oblitteratisque glandulis, quibus obturabantur ejusdem vasorum oscula ut à lacteis venis exciperetur, accidere creditur. Idque antiquiores Medici, apud Luccam *Tozzi tom. 1. de aff. intest.* sub imbecillitate ventriculi tum ad coquendum cum ad retinendum comprehenderrunt. Etsi verò Hippocrates cœliacam etiam affectionem sub lœvitatis intestinorum nomine intelligat; Celsus tamen *lib. 4. cap. 12.* eam in ventriculi porta describit: nonnulli à venarum lœtearum obstruktione, pravâque distributione pendere arbitrantur; alii mesenterii glandulas crassiori chylo turgidas in ejus causam depromunt; nec desunt, qui jecoris, lienis, aut pancreatis tumores superaddant.

A quacumque verò causa proveniant prædictæ affectiones, id tantum ad præsentem medellam sedulò observandum, certoque conjiciendum est, nempe intemperatum ventris fluxum esse lientericum, aut cœliacum; quod Medico cuilibet facile ignoscetur. Si enim ab alvo plus æquo laxato nedum excrementa, aut humores, sive vitiosi, sive salutares, sed & cibi, potusque, indigesti, aut vix mutati intempestivè fluant (qualiter lientericæ affectioni tribuitur); aut, etiam si jam confecti, non tamen distributi, sed vel pravâ secretione in chylum, vel corruptione, indebitâque fermentatione in alios humores mutati dejiciantur (quomodo ad cœliacum morbum attinere fertur): nulla alia causarum scrutatione tunc specta.

spectata , solâ præsenti medicatione tutò , feliciter , juxtaque jucundè ac celeriter tum lienterici , cum & coeliaci , quantumvis graviter ægrotantes , pristinæ valetudini restituentur.

Hæc est miranda sanè hujus magni remedii nostris temporibus inventi suavis efficacitas , nullis unquam experimentorum probationibus interrupta , nullisque posterris temporibus satis usquam prædicta. Namque ad primam , vel secundam jusculti potionem ubique constanter observatum est , sitim , vigiliam , & anxietudinem , quibus fessi lienterici maxime gravantur , tolli ; atque placi-do duarum vel trium horarum , inducto somno , ventriculi , intestinorum , totiusque corporis vires roborari , simul & Lienteriam sistere , atque primo , vel secundo , aut ad plurimum tertio peracto die penitus extingui.

Quorum clarissimorum effectuum adapertione id præterea universis Medicinae scrutatoribus notum exploratumque fiet , nempe periculosissimam de usu Laudani ( quod & senili , & puerili ætati , ac cuique debiliori naturæ prohibetur) opinionem antiquatum ac omnino prorsus obliteratum iri: atque , medicamentis , quæ compri-mendo evacuant , non proficientibus ; ad hoc juris remedium , quod laudani effectus periculosissimis sudore colliquante , somnoque soporifero exhibet planè expertes , ceu ad sacram ancoram fugiendum. Ut in simili eventu de Quina in febribus intermittentibus , & si non adeò felicissimè , dici , fierique assuevit.

Enimverò eadem prædicti juris potionē compertè edocemur , vascula inhalantia , quæ in ventriculo ac intestinis maximo reperiuntur numero , instar vini haustus , qui labore itinere aut inediâ fessos illico reficit roboratque , jusculti ejusdem portiunculas statim absorbere , atque brevissima via ad sanguinem , fluidumque nervum celeri-mè deducere : prout ex inducto somno apertissimè deducitur. Hinc maxima hujus remedii vis & efficacitas facile deprehenditur ex potentissimis Lienteriæ causarum viribus , quas adeò validissimè superat : his nempe ventriculi , viscerum , diaphragmatis , musculorumque abdo-mina.

minalium virtutem , atque vim magnam destruentibus,  
quæ apud Borellum supputantem conjunctim accepta  
12951. librarum pondus æquat ; illâ verò , pravis omni-  
bus devictis causis , perquam alacriter eandem restau-  
rante , roborante , debitamque chylificationem perficiente.

Hujus igitur adeò eximiī medicaminis accuratissimus  
juxtaque felicissimas inventor filium suum hæredem in-  
stituit Christophorum Micò facultatis etiam Medicæ Do-  
ctorem apprimè gnarum : apud quem privatæ sui ipsius  
praxi ad hæc usque tempora reseratum , omnibus tamen  
semper extitit notissimum ob jucundæ , tutæ , exactæque  
curationis alacritatem nullibi frustratam. Cujus inter exem-  
pla clarissima illud minimè prætereundum videtur , quod  
Canonicorum olim Valentinorum accidit pientissimo D.  
D. Dominico Milan de Aragon & Mercader , Regio Mar-  
chionum de Albayda , Comitumque de Buñol sanguine  
notissimo , notiorique adhuc eximiis pietatis , ac pruden-  
tiæ , munificentissimæque in pauperes largitionis ostentis ,  
jam æternæ pacis incolæ.

Cum itaque Vir iste , immortali memoria dignus , quon-  
dam grayissimâ Lienteriâ laborans , ad mortem desperanter  
Ecclesiæ Sacramentis munitus properasset ; ex consilio  
celebriorum hujus ætatis , ac Urbis Valentinae , quibus  
assidebatur Medicinæ Doctorum D. Antonii Garcia , Fer-  
dinandi VI. Hispaniarum Regis Medici , atque D.  
Josephi Mora , visitatus fuit a prædicto Christophoro  
Micò lientericorum signorum optimo scrutatore : quem  
suæ ipsius privatæ medicationis ergò advocavere Illustris-  
simi DD. laudati languentis fratres , D. Ludovicus , &  
D. Vincentius Milan de Aragon , & Mercader , Inclytæ  
Religionis S. Joannis Jerosolymit. Equites. Ubi com-  
muni omnium admiratione ac stupore contigit , ut  
adeò fatigatus infirmus , post primam iusculi potionem  
statim placido somno requiesceret , atque ad tertiam us-  
que viribus roboratus , spatio horarum sex à lienteria in-  
tegrè liber evaderet.

Exinde verò Doct. Micò in laudatorum clarissimæ do-  
mus Medicum adscitus , assiduisque largitionibus donatus ,

ab insigni memorato D. D. Vincentio Milán de Aragón boni publici aestimatorem magno frequenter præmonebatur; ne hujusce apud se abcondi remedii beneficio post sui interitum orbatum mundum reliquerit. Cujus maximo desiderio obtemperans , grataque animi significacionem præferens , eidem nobilissimo Domino medicationis secretum & voce & scriptis reseravit, necnon & ejusdem arbitrio reliquit : atque paulò ante obitum, propter rei gravitatem , sciscitatus , ac conquisitus ab ipso , an in præfata revelatione aliquid præter mentem memoriam effugerit, quo publicanda Lienteria medicatio minus certa redetur? Per horam judicij divini sibi imminentis iterum atque iterum vir bonus professus est , nihil omnino prorsus illi deesse. Idque dictum sit pro idempritate medicationis juscum pulilli galinacei secundum praxim Doctoris Micò significanda: quam sibi ad libitum credita , beneficentissimus D. D. Vincentius Milan de Aragon , & Mercader , communis omnium utilitati indulgens , in lucem publicam edendam, ac prout infra apponitur Typis mandandam curavit.

### SECRETUM JURIS PULLI GALLINACEI PRO Lienteria secundum praxim Doct. Micò referatur.

*Pulverum confectio declaratur.*

R. Succorum Cydoniorum ... libram unam , & dimidiam.  
Et Omphacii .... uncias decem.

Bulliant hi succi cum adjectis Cupressi gallis exactè tritis: postea coletur omne , & exprimatur , ac in colatura misceantur sequentes pulveres.

R. Cariei Xilocaræ , seu Ceratoniae ( quam & Siliquam appellant ) veræ , ex eadem in mense Maii collectæ ( *Dicitur Ceratonia vera , quæ insita est ; ideoque pinguior & fructuosior : cujus speciei arboribus uberrimum Valentinum Regnum abundat* )... uncias duas.

Gummi arabici .... drachmam unam , & semissem.

Pulveris Rhu , seu coriarii fructicis .... drachmam unam , & semissem.

Santali Citrini .... unciam unam.

Nucis moschatæ . . . . .  
 Ligni Aloes . . . . .  
 Macis . . . . . } uniuscujusque drachmas sex.  
 Cinnamomi . . . . .  
 Cariophilorum . . . . .  
 Omnia ad umbram siccentur.

*Jusculi conficiendi modus describitur.*

Apparetur pinguis gallinaceus pullus deplumis , & exenteratus , capite , ac cruribus abscissis : farciatur usque ad medietatem rosis siccis , tuncque pulveres apponantur in quantitate drachmarum circiter trium , ac dein earumdem rosarum apprimè referciatur , debitèque demum constatur. Quo facto , cum duodecim aquæ libris in olla magna elixabitur , quoisque optimè sit decoctus ; ubi tandem extrahetur , jure solo in olla relitto : quæ , ut calorem illud non amittat , intra idoneum vas aquâ calidâ repletum continuè asservabitur.

*Juris propinandi methodus ac ratio.*

Per binas horas propinetur lienterico jusculi potio in poculo majori , seu scutulâ magnâ : interim verò nihil aliud , neque cibi , neque potus absumat infirmus ; sed unicè somno conciliando sese recomponat. Item & ad unamquamque potationem externè obliniatur unguento Cometis à superiori parte stomachi adusque umbilicum: ac insuper stomacho subscriptum micæ panis plasma superponatur.

*Micæ panis conjectura exponitur.*

Efferveat unà cum absinthio , menthâ , lentisco , atque rosis siccis vinum ita quantitate sufficiens , ut idoneus ipsi panis scalptus immisceatur pro hujusce refovente massa compaginanda : quæ & cinnamomi pulveribus resperti , & palmæ seu volæ manus extensæ in latitudine , ac in profunditate duorum digitorum latitudini æquari debet ; ut calorem conservet , debitèque fociet : neque enim elici potest , quoisque duabus peractis horis propter insequentem potationem iterum innovetur.

Itaque

Itaque à duabus in duas horas, & juris poculum est repetendum, et si ad id infirmum experges fieri sit opus; & in stomachum oblitio, ac micea panis roboratio nol-viter præmittendæ sunt: idque totum ordinata iteratione observandum est usque ad debitam naturalem excretionem, atque perfectam lienterici curationem. Qua adepta, ex perenni praxi Doctoris Micò sedulò notandum est, ipsum non statim gallinaceo, sed ex elixa tantum per-dice jure per biduum circiter convalentium vires recreare consueuisse.

Omnis denique præmonere studuimus, inter sapientes scilicet Urbis Valentiae Medicos nostris temporibus quamplures arcani hujus medicaminis, hucusque seu ante interitum Doct. Micò nunquam referati, sese præbere voluisse æmulatores: quorum pro suo cujusque vel inge-nio, vel excepto, aut excogitato commento varia ac di-versa omnino extitit pro lientericis juris conficiendi ratio. Quam fuisse irritam prorsus ac evanidam affectatae praxis alienæ jactationem, eventus ipse dispar declarabat: cum Lienteriâ gravi laborantes ab eisdem desperanter relictis accessu Doctoris Micò illico convalebant.

A tot verò juris vulgatis confectionibus secernendam omnino commendamus, quam in sua Schedula monitoria, Romano Hippocrati perillustri D. D. Alexandro Pascoli, Benedict. XIV. Pont. Ecclesiasticae Ditionis Prothomedico dicatâ, Typis mandavit clarissimus Medicus D. Marianus Seguer Valentinus Professor: quamque eximiæ laudis dignissimam habuimus; id tamen animadvertentes, ab iplamet scilicet Doctoris Micò medicatione diver-sam esse.

**EL ADMIRABLE SECRETO DEL CALDO DE EL Pollo**, que propinava el Doctor Micò à los enfermos de Lienteria , hasta este tiempo escondido , y aora dado à la luz pública para beneficio comun.

*Declarase la composicion de los polvos.*

Se ha de tomar zumo de Membrillos .... una libra; y media.

Zumo de Agraz , ò Vino de uva no madura .... diez onzas.

Se han de hervir junto con estos zumos Agallas de Ciprés bien quebradas: todo esto se ha de colar , y exprimir ; y despues se mezclarán en el zumo colado los siguientes polvos.

Polvos de carcoma de Algarrobo verdadero recogidos en el mes de Mayo. *Llamase Verdadero , el que fue engerido , y por ello es mas pingue , y dà mas abundantes , y mejores frutos. De cuya especie de arboles abunda mucho el fertilissimo Reyno de Valencia .... dos onzas.*

Polvos de Goma Arabica .... una dragma , y media.

Pol. de Zúmáque... una dragma , y media.

Pol. de Sandalo citrino .... una onza.

Pol. de Nuez moscada .....

Pol. de Linaloe , ò Leño-Aloe .....

Pol. de Macis .....

Pol. de Cinamomo , ò Canela .....

Pol. de Caryophili, ò Clavos de Especias ..:

Despues de haverse mezclado estos polvos con aquellos zumos , se ha de secar todo à la sombra.

*Se explica el modo de hacer el Caldo del Pollo.*

Se prepara un Pollo gordo de Gallina , quitandole las plumas , sacandole las entrañas , y cortandole la cabeza , y piernas : estando assi preparado , se rellena de rosas secas hasta la metad , y luego se ponen los polvos en cantidad de

de tres dragmas ; y ultimamente se acaba de rellenar de las mismas rofas , dexandole bien cosido de arriba abaxo , para que nada del relleno pueda salirse. Hecho esto , se cocera el Pollo en una olla grande con doce libras de agua ; y quando este muy bien cocido , se apartara la olla del fuego , sacando al mismo tiempo al Pollo de dicha olla : la qual , para que conserve siempre el calor , se pondra sin dilacion , y se guardara en una cazucla grande llena de agua caliente , que para esto se tendra sobre fuego.

*Señalase el modo de propinar el Caldo.*

Cada dos horas se ha dar al enfermo una escudilla grande de caldo , aunque para esto sea preciso disperitarle ; advirtiendo , que el enfermo no ha de tomar otra cosa , ni de comida , ni de bevida , si solo se recogera à tomar el sueño , que facilmente se concilia por la misma virtud del Caldo cada vez que se beve. Mas se ha de advertir , que para quantas veces el enfermo tome el Caldo , se ha de untar con unguento de la Condesa desde la boca del estomago hasta el ombligo ; poniendo le encima el Reparo siguiente à la boca del estomago.

*Notase el modo de hacer el Reparo.*

Se ha de hervir juntamente con Encensios , ò Alozna ( vulgo Agenjos ) , Hierbabuena , Mata ò Lentisco , y Rosas secas , la cantidad de vino que sea suficiente para un Reparo , que se formara de Pan rallado , y deberá ser del tamaño de la palma de la mano , grueso de dos dedos , y se rociara con polvos de Canela , para que mantenga el calor : pues no se deve quitar , hasta que passando dos horas , se ponga el otro para propinar al enfermo otra vez el Caldo.

¶ De modo , que cada dos horas se ha de propinar dicho Caldo , renovando siempre para esto la untura , y reparo al estomago ; y se ha de continuar este orden hasta que el excremento falga natural , y quede perfectamente curado el enfermo. Y en este caso , es menester advertir , que el Doctor Micò en su observada práctica no acostumbrava dar inmediatamente al convaleciente Caldo de Gallina , si que por uno , ò dos dias solia propinarle

Cal-

**Caldo de sola Perdiz.** Tambien se ha de advertir, segun lo que arriba en la narracion de la virtud de este Caldo queda insinuado, que aunque se considere convenientissimo para causar felizmente los efectos, que por ser tan arriesgados en la propinacion del Laudano, se prohibe este a los ninos, y viejos; y aunque se juzgue muy oportuno en otras varias especies de Diarrhea, o Cursos: pero su pronta, suave, eficaz, y cierta virtud, experimentada hasta aora, es principalmente en la enfermedad de Lienteria, o Cursos crudos; como quando fluyen inmoderadamente, no solo el excremento, y humores, o buenos, o viciosos, si que tambien intempestivamente sale la comida, y bevida indigestas, o casi sin haverse inmutado: y tambien en la afeccion Celiaca, o Cursos que provienen de mala distribucion, o de corrupcion, e imperfecta fermentacion, aunque salgan convertidos en chylo, u otros humores. Por lo que sera muy preciso, que dicho Caldo se propine siempre con intervencion de Medico, que advierta bien, y conozca los señales de la Lienteria, u de la afeccion Celiaca, para el devido uso de este remedio, y curacion de la enfermedad, para que queda tan acreditadamente descubierto.

#### N O T A.

Si en algun Pais no se hallan todos los simples que entran en la composicion del referido Caldo; y al mismo tiempo no tuvieran Correspondiente seguro de quien poderse valer: en la dicha Imprenta, o Libreria daran razon de un Sugeto, que en la Estacion oportuna hara sus respectivas prevenciones, para que ninguno dexe de disfrutar el beneficio de tan apreciable remedio.

Cef.



00001381102



F . A .

173

DUED